HONORIUS AUGUSTODUNENSIS
Österreich, 1. Hälfte 13. Jh.
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26268
Copyright: Admont, Benediktinerstift



et omnium martyrum seruanda censuit. Ecclesie dedicatio est sumpta
a tabernaculo vel templo. instituta ex domini impio. In officio mortuorum
imitamur officia mortis vel sepulture domini. Ideo hi inuitati non cantantur. et bene
dicti ad lectiones non dantur. quia et ibi in tempore mittuntur. et luctus vel tristicia in hoc
cantu aguntur. Pro mortuis autem ob duas causas sonamus. vt uidelicet uiuentes
pro eis orent. et se ipsos morituros cogitent. De Concordia Officiorum.

His succincte expeditis de sollempnitatibus. nunc manum ad concordiam
officiorum uertamus. Olim diuinum officium in ecclesia agebatur. prout cuique bonum
uidebatur. Sed postquam unitas ecclesie multiformiter cepit ab hereticis scindi. et a
scismaticis multipliciter in diuersa conuenticula fidei. beate memorie Theo
dosius imperator sinodum constantinopoli congregauit. omnes heres dampnauit.
diuinum officium a sinodo ordinari postulauit. quod negotium Damasus
pp. Ieronimo tunc in scripturis eruditissimo iungere optimum iudicauit. Iero
nimus itaque in bethlehem ubi dominus nasci uoluit. primos ad nocturnos et ad re
liquas horas distribuit. vt ecclesia hodie plerumque. Admisse uero officium lectiones et
euangelia ex ueteri et nouo testamento colleg. pro ut tempori et stationi congruere
uidetur. Romana quippe ecclesia implorando sanctorum suffragia. stationes fac
[illegible] per diuersa sanctorum loca. Postquam quoque pp dispositione diuini officii
[illegible] a Ieronimo editam accepit. et ciliuum collegit. uerumque sic cantari
precepit. Postea Gelasius pp et GG orationes et cantum lectionibus et euangeliis
congruentes addiderunt. et sic hodie cantatur celebratione diuini officii
instituerunt. Igitur quia in lxxma exordium mundi commemoramus.
a lxxma et nos incipiamus. Vna peregrinatio legitur populi dei in egipto. et
una captiuitas eiusdem populi de hierusalem in babylonem. Utramque signum nostra
peregrinatio et nostra captiuitas de paradyso in hunc mundum. Due uero reuer
siones populi dei legitur. una de pharaone per mare rubrum et deser
tum ad terram repromissionis. altera de babylone ad hierusalem. Per quas signif
nostre reuersiones. una quam de pharaone. i. de diabolo per mare rubrum.
i. per baptismum. vel per baptismum. vel per desertum. i. penitentiam. ad terram
repromissionis. i. ad ecclesiam redimus. alia quam de babylone ad hierusalem. i. de
hoc mundo ad celum reuertimur. Peregrinatio quidem per vii. milia annorum ex
tendatur. captiuitas uero per lxxx. annos differtur. Hec omnia per vii. offi
tia vii. ebdomadarum scilicet a lxxma usque in passionem domini signatur. In noctur
nali officio peregrinatio exprimitur. in matutinali captiuitas in no

De septuage
sima.

tescitur.